

(1273) 1274, gener, 5

*Pere Massot de Millàs i la seva esposa Guillema venen a Pere Ramon, del mateix lloc, el domini i cens que reben d'unes terres que té Pere Borrell, igualment de Millàs, pel préu de 35 sous.*

ASD núm. 223, perg. orig., 265 x 215 mm.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Massot de Miariis et ego Guilielma eius uxor, gratis et ex certa sciencia, per nos et omnes nostros successores uendimus tibi Petro Raimundo de eodem loco et tuis et cui uel quibus dare et dimitere uolueris in perpetuum totum ius et dominium quod habemus in illa fexia terre quam Petrus Borelli de Miariis tenet pro nobis apud Miariis iuxta suum mansum, et affrontat de oriente in tuo honore, de meridie in honore Arnaldi de Miariis, de accidente in doso dicti Petri Borelli, de circio in carraria; et similiter uendimus tibi et tuis ius et dominium quod habemus in illis duobus seyonibus terre quos similiter dictus Petrus Borrelli tenet pro nobis in eodem loco, quorum unus affrontat de oriente in honore Petri Guilielmi et de circio similiter, de accidente in honore dicti Petri Borrelli, de meridie in carraria, et alius affrontat de oriente in honore Peri Guilielmi, de circio in camino, de accidente et de meridie in honore Petri Borrelli, de qua fexia terre et duorum seyonorum donat nobis tascham et braciaticum de expletis qui ibi sunt uel de cetero fuerint; et similiter uendimus tibi et tuis totum illum censuro quod ipse Petrus Borrelli et sui nobis donant et perpetuo dare debent pro predicta fexia terre et seyonibus, scilicet annuatim pro censu in tempore seminandi unam iouam et in mense iunii unam batudam et unum star de duabus manducationibus annuatim inter festum Natalis Domini et Carnispriuuium sicut consuetum est, et. in festo Pentecostes annuatim septem ous et duos caseos. Predictum itaque ius et dominium predictae fexie et dictorum seyonorum terre et predictam tascham et braciaticum et totum predictum censuro et omnia alia que nos ibi habemus uel habere debemus, prout melius dici uel intelligi potest ad tuum tuorumque comodum et utilitatem, tibi dicto Petra Raimundo et tuis in perpetuum uendimus et tradimus precio triginta et quinque solidorum barchinonensium bone monete de temo, de quibus recognoscimus nos a te bene esse pccatos, excepcioni non numerate peccunie renunciantes, et si amplius ualent predicta a dicto precio uel ualebunt, totum gratis et ex certa sciencia tibi et tuis donamus, renunciantes expresse auxilio et beneficio illius legis qua deceptis ultra dimidiam iusti predi succurritur. Et ideo predicta omnia de nostra nostrorumque iure, posse et dominio trahimus et eicimus, omnia ipsa in tuum et quorum uelis ius, posse et dominium transferimus et in presenti mitimus inde te in corporalem et uacuum possessionem ad habendum et tenendum et anni tempore possidendum ad omnes tuas et tuorum uoluntates omni tempore faciendas, saluo iure domini Arnaldi de Miariis et suorum successorum, pro quo de predictis duas partes tenet, et saluo honore domini Bernardi del Belmiray et suorum successorum, pro quo de predictis tres partes tenentur, sine aliquo retentu quem ibi uel inde aliter non facimus; et promittimus tibi et tuis per nos et nostros predictam uendicionem semper tibi et tuis facere habere et tenere in pace, et esse deffensores et guarentes contra cunctam personam. Uerum si aliquis ibi aliquid tibi uel tuis tetigerit, exigerit, emparauerit siue questionem uel demandam contra te uel

tuos mouerit uel fecerit nos q11te litis ingressum promitimus statim nos ante te et tuos ponere et honus litis super nos recipere et totam causam ad effectum ducere a litis principio usque in finem et seruare inde te et tuos indenipnes cum nostris propriis expensis et missionibus; et pro predictis omnibus firmiter attendendis obligamus tibi et tuis de euictione et de amni interesse, quilibet nostrum in solidum et pro tota nos et heredes nostros et successores et omnia bona nostra habita et habenda ubique, et super hiis renunciamus beneficio diuidende accionis et omni alii iuri scripto uel non scripto quo contra predicta uenire possemus; et ego Guilielma renuncio Uelleyano senatusconsulto et iuri ypotheche quod habeo in bonis uiri mei racione sponsalicii mei uel alio iure, et nos ambo iuramus per Deum et eius sancta .Im. Euangelia corporaliter tacta omnia predicta atendere et complere et obseruare et numquam contrauenire iure aliquo siue causa.

Actum est hoc norris ianuarii anno Domini .MCCLXX. tercio.

Sig+num dicti Petri Masoti, sig+num Guilielme uxoris eius, qui hoc iurantes laudamus et firmamus. Sig+num Raimundi Boneti, fratris dicti Petri Massoti, sig+num Berengarie sororis eius, qui hoc laudamus et firmamus. Petrus de Amerio et Bernardus Barri de Monellis et Guilielmus Mostarie de Miariis huius rei testes. Sig+num domini Arnaldi de Miariis qui hoc laudo et firmo saluo iure meo in manu et posse scriptoris inferius scripti, presentibus testibus Guiliemo de Capiteuilla et Ferrarius de Pradello de Miariis. Sig+num Bernardi de Matha scriptoris iurati de Matremagna, in cuius manu Arnaldus de Ripparia, miles de Colonico et Arnaldus eius filius hanc cartam firmarunt et laudarunt .VI. kalendas februarii anno Domini .MCCLXXX. tercio, presentibus Berengario Dominici et Raimundo Matheo de Miliariis. Sig+num Petri Geraldi, qui hoc firmo, saluo meo iure in homnibus (s. man.) Raimundus Geralli, qui hoc firmo, saluo meo iure in omnibus.

(s. man.) Petri de Quintanis, publici scriptoris de Monellis, qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 464-466